



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. Quinam sint habiles vel inhabiles ad sponsalia contrahenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. II.

Quinam sint habiles vel inhabiles ad sponsalia contrahenda.

Generatim loquendo ab ijs solis contrahi possunt sponsalia, inter quos aliquando (adveniente ætate) consistere potest licite & valide matrimonium, quibus enim non licet contrahere matrimonium, illi nec promittere possunt contrahendum olim inter se matrimonium, cum promissio rei illicitæ nulla sit. In specie verò sponsalia ab amentibus perpetuò & furiosis contrahi non possunt, cum nullus illorum sit deliberatus consensus. *c. Dilectus 24. h. 2.* nisi lucida intervalla habeant, & tempore talium intervallorum sponsalia contrahantur; quòd si tamen sensibus aliquibus tantum destituti sint aliqui, ita ut surdus v. g. tantum, vel tantum mutus, vel simul urdus & mutus sit aliquis & ex probabili setiam si simul cæcus sit, valida contrahere hic potest sponsalia, cum ad ea contrahenda non formalia & expressa verba requirantur, sed signa quæcunque exteriora sufficiant, quibus internus consensus exprimitur, uti colligunt communiter ex *c. Tua 25. h. 2. junct. Gloss. V. sine verbis.*

§. III.

Quomodo & quando obligent sponsalia, & an etiam obligent, si gravi metu extorta sint?

Obligant sponsalia sub culpa mortali ad matrimonium contrahendum, (tempore præfixo, vel si nullum præfi-

zum est, exigente altero, cum contractum fieri potest) etiam si clam, sine rebus & rebus contracta sint, non minus, ac alij contractus in materia obligantes (& hinc lex civilis, deponens dans libertatem renuntiandi de vendendi alij, per S. S. Canones et correctæ) ita ut à Judice Ecclesiastico *c. ex litteris 10. h. 1.* etiam post Canoniam munitionem censuris compelli possit ad contrahendum matrimonium, quod non vult sponsalium fidem implere, sed gravia scandala, perpetua jurgia & coactis talibus nuptiis timerentur. *quisvis 17. h. 1.* non tantum in casu quo jurata fuerunt sponsalia, sed etiam in eo casu, quo nullo jramento firmata fuerunt, cum iustus hoc exigit, & quamvis de matrimonio fixatum sit, quòd gravi metu extortum, ac clam contractum, nullum sit, de sponsalibus tamen hoc statutum non sit, & hinc sponsalia gravi etiam metu extorta valida sunt, donec à Judice Ecclesiastico rescindantur, cum ratio, quæ pro matrimonio indissolubili urget, non urgeat pro sponsalibus, quæ facile auctoritate Ecclesiastica dissolvi possunt.

§. IV.

An sponsalium contractus adhiberi possit pœna vel Arrha.

Arthæ in contractu sponsalium de Autoque jure intervenire possunt, ut talem arrham amittat, qui deire non vult, & sponsalia tamen suâ culpâ, implere non vult, ac injustè resiliens in duplum, vel etiam triplum &c. restituere teneatur de